19-b Beda. Res A Roch MS 19 b

BIBLIOTHEQUE 19 b. ROCHEGUDE

Abite.

Animus enim in corporis habitu apparet.

Aesmar.

Dilectio dei morti comparatur.

Afeblir.

tristitia cordis flectit cervicem.

Agaitar.

Virginem non conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius.

Agusim.

ferrum nostræ animæ nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis, si hoc non eraserit alienæ lima pravitatis.

Aissa.

Anxietate suâ turbant cæteros

Alumenamens.

Compunctio illuminatio est animæ.

Anaire.
stultus viator est, qui in itinere amoena prata conspiciens, obliviscitur quo tendebat.

Anamens.

Stultitia hominis supplantat gressus suos.

Angoissos.

Non protrahas datum angustianti.

Aorser.

Conjungi non potest veritas cum mendacio.

Apeitar.

Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus.

Apremer.

in omne quod scit sese mens deprimat.

Aprems.

Nec excusat oppressum necessitas criminis, ubi crimen est voluntatis.

Apremsa.

dum enim in cogitatione voluntas non reprimitur etiam in agnitione dominatur.

At.

patientia vobis necessaria est

Ataïnar.

hostis callidus tarda ad mortem supplicia conquirit.

Atenvezir.

Vir prudens ab imprudenti muliere avertit oculos suos; luxuriosus autem intuens eam, solvitur ut cera à facie ignis.

Atriussar.

prius quàm conteratur, exaltatur cor hominis.

Atruisar.

Lengua que non es atemprada atruisa l'esperit.

Lingua quæ immoderata est conterit spiritum.

Aubrar.

interrogatio os tuum aperiat.

Bailar.

foenera proximo tuo, in tempore necessitatis illius.

Balansar.

Verba prudentium staterâ ponderabuntur.

Bauziar.

Eleemosynam pauperis non fraudes.

Benanansa.

Sancti plus adversitatibus mundi delectantur, quàm prosperitatibus gaudent.

Blasme.

Ab intus de corde hominum procedunt blasphemia, superbia, stultitia.

Bonaüretat.

Sine amore charitatis, ad beatitudinem pervenire nequaquam potest.

Cauls.

Melius est vocari ad olera cum gaudio, quàm ad vitulum saginatum cum odio.

3. Chals.

nihil tam scias conferre adolescentibus, ut esum olerum.

1. Chaitiveza.

Misericordia, à compatiendo alienæ miseriæ, vocabulum sortita est.

Chaptener.

qui à cibis abstinent et pravè agunt, dæmones imitantur.

illi autem à cibis bene abstinent, qui à malis actibus jejunant.

2. Chalfrenar.

Stultus si tacuerit, putabitur sapiens; et si compresserit labia sua, intelligens.

Charja.

Narratio fatui, quasi sarcina in via.

Chausar.

In convivio vini non arguas proximum.

12.

Cheira.

In cilicio poenitentiam agimus, ut et in punctione cilicii cognoscamus vitia, quæ per culpam commisimus.

Chiflador.

Illusores Dominus deridet, mansuetis dabit gratiam.

Cervis.

Erecta cervix Dei contra se odium provocat.

2. Cobeeza.

Regnat enim carnalis cupiditas, ubi non est dei charitas.

Enveja e cobeeza enivrunt l'arma sobre totas chausas.

invidia et livor super omnia inebriant animam.

mulieris concupiscentia quasi ignis exardescit.

1. Clau.

Clau tas aurelias d'espinas, e non escoltar mala lengua.

Sepi aures tuas spinis, et noli audire linguam nequam.

Coita.

Necessitati proximi juxta vires occurrere.

honora medicum propter necessitatem.

Coitar.

Si videris persecutorem tuum nimium aliquando savientem, scito quia ab ascensore suo dæmone perurgetur.

Coitos.

Noli avidus esse in omni epulatione.

Coitura.

putredo carnis ferro indiget et cauterio.

Consirar.

Ne comedas cum homine invido, nec desideres cibos ejus.

Contrach.

Cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos; et beatus eris.

Corada, coralha, coratia.

præcordia fatui, quasi rota carri.

Cortesament.

Multo melius vera rustice quam diserte falsa proferre.

Cortonament.

Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.

Cosduma.
ille tenet quod patet, et illum nihil latet in divinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus.

Covenent.
in conventu noli proferre sermonem.

Cridoria.
quidquid amens loquitur, vociferatio et clamor est appellandum.

Cuberta.
amicus fidelis, protectio fortis; qui invenit autem illum, invenit thesaurum.

Cuminalar.
necessitabus sanctorum communicantes.

Cumpleza.
Monachus habeat simplicitatem columbæ.

Degitar.
Ad replendam gulam vespere delicias præparat.

Degolar.
via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruunt.

Delit.
Odium suscitat rixas, et universa delicta operit charitas.

Descofortatz.
omne regnum divisum contra se, desolabitur.

Dessoliat.
noli dissolutis labiis risum proferre.

Destorbar.
insidias impiorum subvertit.

Destriansa.
Non est personarum acceptio apud deum.

Detraens.
susurrans serpens Evam de paradiso expulit.

Detraire.
~~non~~ ne detraas, ~~nec audias detrahentem~~ aut alios detrahentes audias.

Dobleirament.
Dupliciter reus fit qui et dei nomen invanum assumit, et proximum dolo capit.

Don.
~~Li benedictios del paire~~
Benedictio patris firmat domos filiorum.

Doptansa.
omnia facite sine murmurationibus et hæsitationibus.

Dreitura.
fructus justitiæ in pace seminatur facientibus pacem.

Echirgaitar.
insidiatur in via quasi latro, et quos incautos videt interficit.

Empaitada.
plerumque charitas quibusdam occupationibus est præpedita.

Empaitar.
Uterque simile crimen impendit, et qui detrahentem audit, et is qui detrahit.

Enchaussar.
Paz enchaussa discordia.
Pax effugat discordias.

Enchaz.
qui nocturna illusione polluitur, culpæ suæ tribuat, statimque suam immunditiam fletibus tergat.

Enginamens.
De rapinis alienis eleemosynam facere, non est officium miserationis, sed emolumentum sceleris.

Enginiar.
ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.

Engoissos.
fovea profunda est meretrix, et puteus angustus.

Engres.
tunc enim protervos melius corrigimus, cum ea quæ bene egisse se credunt mala demonstravimus.

Enoc.
vir benignus etiam si patiatur injuriam, pro nihilo ducit.
si podias portar en paz las auntas e'ls enocs que hom ti fará, so es grans chausa sobre toz comandamens.
si potueris injuriari ac tacere, et affici conviciis, et portare, magna est hæc res super alia mandata.
qui docet filium suum, in zelum mittit inimicum.
qui enim gaudet inimici casu, citò incidit in illud.
altissimus odio habet peccatores, et misertus est poenitentibus

Enveja.
Bonum æmulamini in bono semper.

Esbes.
quamvis sensus habitudo sit frequens, tamen lectio intellectum adhibet.

Escharns.
Ridiculum est, debilitato et fracto toto corpore, vulnera pauca monstrare.

Esclansa.
Ubi enim sapientis possessio, ibi amor mulieris excluditur

Escolorjables.
Diabolus serpens est lubricus, in interna cordis illabitur.

Escomocio.
Vinum multùm potatum, irritationem et iram facit.
1. Escomover.
sermo durus suscitat furorem.
Esfreuolsit. Esforsar.
Luxuriosa vita carnem citò debilitat, fractamque celeriter ducit ad senectutem.
Esfutias.
Contumelias detrahentium patientia superat.
Esfutiar.
Qui conviciatur amico, is dissolvit amicitiam.
Estaissar.
ne currens laxeris, aut moram faciens dormias.
Eslassamens.
Inter epulas et illecebras voluptatum, etiam ferreas mentes libido domat.
Esperdre.
Multi de bonorum profectibus invidiæ livore tabescunt.
Essicar.
Munera excæcant oculos sapientum, et immutant verba justorum.
Estraissa.
Vestigium cordis boni et faciem bonam, difficile invenies et cum labore.
2. Esforsar.
Misericordia et veritas custodiunt regem, et roboratur clementia thronus ejus.
Fablas.
ideo prohibetur christianis figmenta poetarum legere; quia per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad incentiva libidinum.
Falsdestols.
Aufer impietatem de vultu regis, et firmabitur justitia thronus ejus.
Felonessament.
vir odio plenus ambulat iracundus.
Felonia.
impia est promissio, quæ scelere adimpletur.
Fermar.
cum amico tuo confirma verbum, et fideliter age cum illo.
Feunia.
quasi per risum stultus operatur scelus.
Flechezir.
Spes quæ differtur, affligit animam.

Fols.
insipiens quotidiè peccat.
Folejar.
nec poterit deum diligere, qui noscitur in proximi dilectione errare.
Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes.
Folia.
nequitia mulieris immutat faciem ejus, et obcæcavit vultum ejus tanquam ursus.
Forda.
Si quis te de peccato forinsecus correxerit, tu confitere interius quod ille nescit.
Frevols.
qui vitæ præsentis longitudinem considerat, quàm sit misera et brevis, satis utiliter pensat.
Fust.
Sicut capra inducitur in laqueum, sic et corpus superborum.
Gaaniador
fructus putrefactus inutilis agricolæ. est
Glai.
Sine ferro martyres esse possumus.
Gola.
Castitas gignit abstinentiam, gastrimargia mater est incontinentiæ.
Golasos.
nec auris escas, nec guttur verba agnoscit.
Gravejetat.
Vir sapiens gravitate morum hilaritates frontis temperat.
Ira.
fratrem odiens, tempestate circumdatus est.
Joi.
homo stultus plaudet manibus.
Jutgade.
Magnus est judex et potens in honore.
Lada.
Lata est charitas quæ inimicorum dilectione capitur.
Laissa.
in testamento tuo relinque pauperibus.
Las.
dominus erit in latere tuo, et custodiat pedem tuum ne capiaris.
Lauzador.
non minus laudandus est vir fortis in luctu quàm in bello.

Lauzisme.
psalmorum decantatio perpetuam dei laudem demonstrat, et gloriam sempiternam.

Lauzulador.
impinguat caput oleo peccatoris, cùm demulcet mentem favor adulationis.

Lectre.
prudens lector cavet semper superstitiosam intelligentiam.

Leujaria.
Levitas cupit semper laudari.

Liureza.
ubi autem spiritus domini, ibi libertas.

Loitador.
Cùm invicem onera nostra portamus, collutatorem nostrum confundimus et superamus.

Loitamens.
nihil prodest si in habitatione silentium sit, et in habitationibus vitiorum tumultus, et collutatio passionum.

Malastrux.
qui affligit patrem et fugit matrem, ignominiosus est et infelix ~~est~~
Væ homini illi per quem scandalum venit.

Man.
est alius qui à mane usque ad vesperum loquitur.

Marcesir.
Corporis debilitas nimia mentis ingenium facit inarescere.
escarum indigentia mitescere facit desideria mala.

Marrir.
Sine charitate non ambulare possunt homines, sed errare.

Meissers
~~aisso~~ hoc non est poculum porrigere, sed propinare.

Menar.
Cum sapientibus tracta..

Mesconoissensa.
ignorantia vitiorum nutrix est.

Murmurios.
nam in quibus non est perfecta charitas, cùm in unum sunt, odiosi sunt, molesti sunt, turbulenti sunt, anxietate sua turbant cæteros.

~~Nauza.~~
~~quidquid amens loquitur, vociferatio et clamor est appellandum.~~

Nauzos.
Luxuriosa res vinum, et tumultuosa ebrietas.

Neci.
stulti ea quæ sunt sibi noxia cupiunt, et imprudentes odio habuerunt scientiam.

Niela.
imitatur virtutem malitia, et zizania confundit frumentum.

No.
malo arboris nodo, malus clavus infigendus est.

Noda.
devotatio pessima superbi lingua.
Denotatio pessima super bilinguem.

Noelos.
Cave ne rumusculis hominum eleveris.

Non-poder.
Vires quas imperitia denegat, charitas subministrat

No-sens. folie, imprudence.
Corona de sabi es sa richeza, el nosens del fol es fadeza.
Corona sapientium divitiæ eorum, et imprudentia stultorum fatuitas.

No-sofertansa.
Quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est, quia bonus non est.

Nualia.
bon ome ~~ed~~ aprenda s'arma à apareliar à las virtus, per luzament dels vices, escomovent los vices à la nualia de negligentia.
Dei servus, à torpore negligentiæ, sollicitantibus vitiis, ad virtutes animam per exercitium præparet vitiorum.

Nualhos.
si apti fuimus imitari iniquos in malum, cur pigri sumus imitari justos in bonum.

Nueza. nudité.
Ne non profeita à home nueza, sant a ades cobeeza.
nihil prodest ei nuditas cui inest cupiditas.

Nuirissement.
Diabolus concupiscentiæ fomenta non succendit..

Ordear.
fornicatio non solum conscientiam fornicatoris, sed et corpus maculat.

Ordumna.
per carnis immunditiam templum dei violatur.

Orra.
peccatorum vita esse indigna jam non potest, quæ fletibus lavatur.

Pairenal.
Luxuria perditio est paternæ hæreditatis.

Paleza.
pallor cum humilitate, et maceries, decus est monachi.

Parlament.

qui odit *loquacitatem* extinguit malitiam.

Multò melius est rusticitatem sanctam habere, quam *eloquentiam* peccatricem.

Quantùm magis in sacris *eloquiis* assiduus fueris, tantùm ex eis uberiorem intelligentiam capies.

Parler.

Verbosi, ociosi et curiosi, loquentes quod non oportet.

Partendeir

quamvis nonnulli fide videantur esse *participes* nullum habent incrementum virtutis.

Pechador.

Omnis *peccans* superbus est.

Pelios.

fornicatio mulieris in ex(to)cellentia oculorum, et in *palpebris* illius agnoscitur.

Perdurre.

ille bene immolat, qui sacrificium boni operis usque in finem *producit*.

Pervers.

homo *versutus* celat scientiam.

Pimen.

Unguentarius faciet *pigmenta* suavitatis, et unctiones conficiet sanitatis.

Pius.

ita *clemens* esto in alienis delictis sicut in tuis.

Plaidejar.

frustrà propitiare deum quærit, qui citò *placari* proximo negligit.

Verbum dulce multiplicat amicos, et *mitigat* inimicos.

neque salus esse cuiquam potest, nisi priùs sibi *propitium faciat* dominum.

Plorios.

inanis venter et habitus *luctuosus* deum deprecantur.

Presensa.

Omnis disciplina *in præsenti* videtur non esse gaudii, sed mœroris.

Preveiria, prêtrise, sacerdoce.

Li fil de Levi que ant preza *preveiria*, devunt penre los desmas segunt la lei; so es, solament de lor fraires.

De filiis Levi *sacerdotium* accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundùm legem; id est, à fratribus suis.

Privaz.

impendenda est charitas omnibus, et *propinquis* et extraneis.

1. Proansa.

Summa est *probatio* charitatis, si et ipse diligitur qui adversatur.

Profeitos.

Noli citatus esse in lingua tua, et *inutilis* et remissus in operibus tuis.

Profeiz.

psallendi *utilitas* tristia corda consolatur.

2. Proar, prouver.

non dampnar home davant juizi. davant lo *proa*, e pois lo jutga.

Nullum condemnes ante judicium. Ante *proba*, et sic judica.

Quiriz.

Non *quæruntur* christianis initia, sed finis.

Raina.

Semper *jurgia* quærit malus.

Contentio *lites* parat. Contentio *rixas* gignit. *contentio* faces odiorum incendit. contentio concordiam rumpit.

Rainar.

non *litiges* cum bilingue.

Reidament.

Dives affabitur *rigidè*.

Remeiz.

Saccus et jejunium arma sunt poenitentiæ, et *remedium* peccatorum.

Repropcha.

Nullus se putet electum, ne fortè apud Deum jam sit *reprobus*.

Rummiar.

tota die epulas in cogitatione *ruminat*, qui ad replendam gulam vespere sibi delicias præparat.

Ruzil.

aufer *rubiginem* de argento, et egredietur vas purissimum.

Sala.

Non deplorandi sunt quos coelestis *aula* recipit.

Saludables.

Sectamini charitatem dulci ac *salubri* cibo.

Sez.

Sedes ducum superborum destruxit Deus, et sedere facit mites pro illis.

Sobdos.

Cum enim dixerint homines. pax et securitas. tunc *repentinus* eis superveniet interitus.

Sobeiran.
hi qui supernam patriam desiderant, non solum malorum mores, sed et consortia fugiant.
Sobrefaiz.
Salubriter accipiunt justi, quoties de suis excessibus arguuntur.
Sobremontament.
vinum condemnatur in excessu.
Soenders.
Lavare faciem, manus ac pedes impensius, servos nos indicat esse vitiorum.
Sofraitoza.
avaritia esurit semper et inops est.
Soldat.
quantum in hoc seculo frangimur, tantum in perpetuo solidamur.
Sordeiz.
nihil stultitiâ pejus. nihil turpius.
Sorzer.
necesse est omni converso ut post timorem consurgere debeat.
Sosplantamens.
Lingua verò imprudentis subversio est ipsius.
~~Suaves~~
Lingua mollis confringet duritiam
Tainar.
primitias areæ et torcularis tui non tardabis offerre mihi.
Talantos.
tantò in deplorando profusius, quantò extitit in peccato proclivius.
Tenia.
facite thesaurum in coelis, quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit.
Terra.
tenera res in foeminis fama pudicitiæ est.
Tez.
qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam.
Trabuchadia.
qui exaltat cor suum quærit ruinam.
Traisicha.
Sicut piscis se præparat ut glutiat escam, ita et ebriosus in vino suscipit inimicum.
Trastornat.
superbia decorem frangit animæ.
Trebalia.
~~patientia~~ tribulatio patientiam operatur.
Ubi misericordia quæritur sine controversia, salus est.
tunc quisquis fit justitiæ contrarius, cum despicit amicum aliqua adversitate percussum.

Tribulos.
Bestiæ cubant in turbulentis corde.
Troba.
Da altissimo secundum datum ejus, et in bono oculo adinventionem facito manuum tuarum.
Voiables.
Monachus, si vocationem non fecerit, confidat quia non morietur in æternum.
Velonia.
Venerationi habenda est non verbosa, sed sancta rusticitas.
Veliables.
Monachus sit vigil sensu.
Venjador.
Qui peccata sua hominibus occultant, et per semetipsos confessi non fuerint, Deum quem testem habent, ipsum habebunt ultorem.
Viaillas.
induite vos, sicut dei dilecti, viscera misericordiæ.
Voiant.
Assume pauperem, et propter inopiam ejus ne dimittas eum vacuum.
Vols.
Nequitia mulieris immutat faciem ejus, et obcæcat vultum ejus tanquàm ursus.

BIBLIOTHÈQUE ROCHEGUDE 196.